

tus enarrat illud Davidis explicans, &  
Si quis mibi daret pocum aqua de cisterna, que  
est in Bethleem iuxta portam.

Attexuntur autem huic orationi quædam de immani fæuaque Saraceno-  
rum tyrannde, qui per id tempus op-  
pidum Bethleem, vel occuparant, vel  
etiam obfessum tenebant. Tom. Biblioth.  
Parvum col. 557. ad col. 665.

B. THEODORI STUDITÆ, sermo  
catech. de Natali saluatoris ac de vita  
monastica strenuè retinenda disserit,  
paucissima verò notatu digna in ipso  
habentur. Tom. 2. Aut. Biblioth. Parv.  
serm. catech. 32. col. 1315. 1316.

S. THOMÆ AQUINATIS sermo  
in illud Parvulus natus, & nobis Isaia 9. tri-  
pareitur. I. natu describit admirabilem,  
amabilem, ineffabilem, formidabilem,  
venerabilem, & desiderabilem. II. Na-  
tuitatem Christi dicit triplicem, æter-  
nam ex Patre, temporalem ex Matre,  
spiritalem ex corde. III. duplēm o-  
stendit Natuitatis utilitatem, nimi-  
tum omnium malorum remotionem,  
& bonorum omnium acquisitionem.  
Tom. 16. serm. festiū fol. 29.

Eiusdem sermo alter in illud Euang.  
vita era lux hominum, multiplicem re-  
fert utilitatem, quam in Christi Natui-  
tate consecutus est homo, & quæ ra-  
tione Christus sit hominum doctor, lux,  
& vita, declarat: ibidem col. 2.

¶ B. THOMÆ AVILLANOVA  
sermo primus Historialis. In quo post  
eleuatam huius mysterii altitudinem,  
Eangelicæ lectionis. Historiam nar-  
rante Luca examinat. Et I. cur virgo  
non fuerit Bethleemita, ut illuc pro-  
ficietur non haberet. II. quanta fuerit  
virginis angustia in ea profectione. III.  
quanta illius loci indigentia; ut ne mo-  
de aduersa fortuna conqueratur. IV.  
ipsum partum Virginine dicit &  
laudat. V. Cur hunc locum nascendi  
elegerit Dominus, totque dolores. VI.  
In præsepio velut fœnum iacere atten-  
dit. 1. vt bruta confundant hominum  
ingratitudinem. 2. vt nos in bruta con-  
uersos esse meminerimus. 3. vt inde ve-  
lut è cathedra exemplo doceret pau-  
pertatem, humilitatem, mansuetudinē

& cæteras virtutes. VII. Admirabun-  
dos introducit Angelos Deum laudan-  
tes VIII. Reddit rationem cur non  
Scribis & Sacerdotibus, aut principi-  
bus, ea natuitas reuelata sit, sed pasto-  
ribus IX. Considerantem hæc omnia  
Mariam exhibet. X. Hortatur Eccle-  
siæ pastores, ut hos Euangelicos imiten-  
tur, seruantes custodias super gregem  
suum. XI. Excitat ut cum pastoribus  
transferamus usque Bethleem, altitudi-  
nem huius mysterij contemplantes; &  
à terrenis ad cælestia. afol. 19. col. 1. us-  
que ad 22. col. 1.

Eiusdem sermo 2. ad ea verba Cant.  
3. Egregidi mini filie Sion & videte regem Sa-  
lomonem in diadema & cet. Vbi I. ad hu-  
ijs solemnitatis lætitiam, hortatur, ut  
vnde sit egregiendum aperit. II. Sub  
figura Moysis ad rubrum accedetis, qua  
ratione sit accedendum docet. III. fi-  
liae Sion sponsas Christi ad hoc inuitari.  
IV. Christum esse regem Salomonem  
id est, pacificum. V. Diadema hoc esse  
carnem Christi ex Virgine sumptam.  
VI. diem desponsationis incarnationis  
qua Christus Ecclesiam sibi def-  
pondit: quam varijs figuris introducit  
ad sponsum accedentem VII. lætitiam  
Virginis matris exprimit. VIII. Multa  
enumerat, ad quæ videnda inuitantur  
sponse Christi. Vbi singula quæ tunc  
acta sunt, cōsideranda & adoranda pro-  
posit. Denique ad hęc opus esse Diuina  
gratia: afol. 22. col. 1. usque ad fol. 24. col. 1.

Eiusdem sermo 3. ad ea verba psal. 70.  
Deus docuisti me à iniunctur mea: & usque in  
senectam & senium Deus. Né derelinquer me;  
donec annuntiem brachium tuum generationi  
omni que revertur eis: Potentiam tuam & in-  
firmitatem tuam Deus: usque in altissima que fe-  
cisti magnalia. Deus quis similis tibi? Ad  
quod I. Prophetam introducit de do-  
ctore Deo gloriantem, & gestientem  
genti alteri, Ecclesiæ gentium annun-  
tiare. II. Explicat quæ sint ista mirabi-  
lia; Dei incarnatio: quam omnibus  
mirabilibus quæ enumerat, superio-  
rem dicit & probat III. Admirandum  
describit omnibus Natuitatis Christi  
spectaculum. IV. Præsertim in hoc  
opere potentiam & iustitiam à Davide